Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26880
Copyright: Admont, Benediktinerstift

festinatione curratur. cum gravitate tamen
ut non scurrilitas inveniat fomitem. Ergo
nihil operi dei preponatur. Quod si quis ad noctur-
nas vigilias post gloriam psalmi nonage-
simi quarti. quem propter hoc omnino subtrahendo
et morose volumus dici. non occurrerit. non stet
in ordine suo in choro. sed ultimus omnium
stet. aut in loco quem talibus negligentibus
seorsum constituerit abbas. ut videatur ab
ipso vel ab omnibus. usque dum completo opere dei.
publica satisfactione peniteat. Ideo autem eos
in ultimo aut seorsum iudicavimus debere
stare. ut visi ab omnibus vel pro ipsa verecun-
dia sua emendent. Nam si foris oratorium re-
maneant. erit forte talis qui se aut recollo-
cet et dormiat. aut certe sedeat sibi foris vel
fabulis vacet. et datur occasio maligno. sed
ingrediatur intro nec pro toto perdat. et de
reliquo emendet. Diurnis autem horis qui